

*in Cant. loquitur c. 6. 8. אחת היא יונתי תמתי Una ipsa co-*  
*columba mea, perfecta mea.*

§. 12. Hunc respexisse videtur Psalter Ps 86. 14. ita in-  
 geminans: אֶם-תִּשְׁכַּבּוּן בֵּין שְׁפָתַי כַּנְּפֵי יוֹנָה נִחְפָּרָה  
 : Si accubueritis inter tripodes,  
 penna columbae tecta in argento & ala ejus in flavo auri. Cum  
 enim Ecclesia sit ἀλήθεια & fors DEI, ut Petrus loquitur 1. ep.  
 c. 5. anima per baptismi fores in eandem intromissa & rece-  
 pta secure poterit acquiescere: susque deque habito adver-  
 sariorum insultu, antiquissimique cavillatoris convitio; Uti  
 enim lana fordissimis squaloribus inquinatur, antequam pur-  
 purae fulgor eam induat: Ita Ecclesia, variis pressa quidem,  
 penitus tamen non oppressa malis, tandem victrix extollit  
 caput. Divina illustrata gratia similis fit per fidem caritate  
 rutilantem, columbae innocentissimae, felle carenti ac pul-  
 cerrimae, cujus pennae candore candidum argentum, alae  
 vero pallore aurum imitantur. Quo ipso respectum omnino  
 vir divinus habuit ad imputatam splendentis Christi justitiae  
 & meriti vestem, qua induti sunt fideles in similitudine co-  
 loris istius formosissimi, qui in collis columbarum cernitur.  
 Hunc מֵרָאֵה נְאוֹהֵי decorum Sponsae suae aspectum gra-  
 tioso dignatus oculo caelestis Sponsus svavi ad se accersit e-  
 andem voce, svavi, imo dulcissimo post se trahit alloquio:  
 Surge formosa mea! veni Columba mea!  
 COLUMBA nimirum est Ecclesia, gemitu vocalis, non can-  
 tu: Est ea Cant. 2. 2. כְּשֹׁשְׁנָרַת בֵּין הַחֹמִים Sicut lili-  
 um in-  
 ter spinas, totus orbis persequitur eam, ut columbam acci-  
 pitres, castra tamen metatur, tentoria erigit, defendit se  
 prout potest, & si ulterius pugnare nequeat, alashabet co-  
 lumbinas, prout David loquitur Ps. 68. celerrimas ob divinam  
 tutelarum Numinis assistentiam Ps. 55. unam rubram ob pre-  
 tiosum sanguinem Christi cui adhaere; alteram candidam,  
 C ob